

einer Kulmschichte Thüringens aufgefunden und auf Grunde des einzigen, etwas verdrückten Exemplars als eine neue Species: *Proetus posthumus* aufgestellt, in derselben Zeitschrift der deutschen geolog. Gesellschaft (Berlin 1864. XVI. Bandes 1. Heft S. 160) beschrieben und abgebildet hat.

Ob sich die hier angeführten Species auf der Kapelle der wissenschaftlichen Systematik bewähren werden, müssen erst etwaige spätere Funde vollständigerer Exemplare und genaue Vergleichen mit den bereits bestehenden und anerkannten Species darthun. Vorläufig wollen wir sie zur Notiz nehmen.

Prunella hybrida Knaf.

Aestate anni 1847 in marginibus hortorum et agrorum ad Černovic prope Chomotovium Prunellam vulgarem et albam promiscue inter se copiose crescentes reperi. Contigit, formas Prunellae ibidem observare, a *P. alba* aequae ac vulgari recedentes. Vivas, quas collegi in loco natali, lente examinatas atque notatas, nunc demum post 17 annos iterum revisas et comparatas, non publicandas neque viris doctissimis proponendas non censeo.

Definitio. Spica supremo foliorum caulinarum pari suffulta, calycis labii inferioris dentibus plus minus pectinato-ciliatis, filamentorum longiorum spinis plus minus antrorsum curvatis nec rectis, foliis plerumque pinnatifidis, sed et grosse dentatis aut subintegerrimis, floribus caeruleis vel dilute caeruleis.

Ciliae dentium labii calycis inferioris plerumque breviores quam in *P. alba*, sed longiores et copiosiores quam in *P. vulgari*; calyces purpurei ut vulgo in *P. vulgari*, rarius pallidi aut virides, solum apicibus calycis dentium verticillorum superiorum in purpureum vergentibus. In *P. alba* calyces semper decolorati, pallidi, solummodo apicibus dentium praecipue calycis superiorum verticillorum supremorum purpureo marginatis aut plene suffusis. — Forma dentium calycis labii superioris inconstans; in utraque enim specie, sc. vulgari et alba, dentes labii superioris calycis modo truncati modo lato-ovati obveniunt; hinc hujus notae in definitione fui immemor. Eadem ex causa cel. *Neilreich* dentium calycis labii superioris formam non addidisse videtur.

Equidem nullibi nisi in consortio Prunellae vulgaris cum *P. alba* ejusmodi formam reperi, unde mihi suspicio movebatur hybriditatis. Caeterum observationibus mihi persuasum est, hanc hybriditatis formam neque ad varietates Prunellae vulgaris neque ad varietates *P. albae* referendam esse.

Dr. Jos. Knaf.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Lotos - Zeitschrift fuer Naturwissenschaften](#)

Jahr/Year: 1864

Band/Volume: [14](#)

Autor(en)/Author(s): Knaf Josef

Artikel/Article: [Prunella hybrida Knaf 84](#)